

Franckesche Stiftungen zu Halle

Nomenclator Qvadrilingvis BoemicoLatinoGraecoGermanicvs

Junius, Hadrianus

Pragae, 1598

Epistula Dedicatoria

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-228870](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-228870)

CLARISSIMIS VIRIS, PRV-
DENTISSIMIS CONSVLIBVS,
OPTIMIS SENATORIBVS, Regiæ urbis me-
tallicæ CVTTENBERGÆ in Bohemia, Dominis
meis, & bonarum literarum Mœce-
natibus obseruandis.

S. P. D.



OGITANTI MIHI, ET SE-
riò mecum deliberanti, cui nouum hunc
NOMENCLATOREM QVADRILINGVEM,
studio, operá & impensis meis editum,
consecrarem; & dedicatione meá quasi proprium face-
rem: vos primi animo meo oblati estis, VIRI CLARIS-
SIMI, CONSVLES PRVDENTISSIMI & SENATO-
RES OPTIMI. Neq; id vel immerito vestro, vel sine ju-
stá ratione; quæ me ad hoc consilium, spontè propen-
sum, suo pondere impulit. Nam, ut quod primum in
deliberationem meam venit, breuiter attingam: urbs
vestra CVTTENBERGA celeberrima, viris & opibus o-
lim potens, partem ortus mei æquam sibi vindicat,
cum triurbe P R A G A, naturali & verá patriá meá: à qua
etiam primas partes, & principem locum, pace & bello,
domi forisq; obtinuit, & quasi minor METROPOLIS,
ac thesaurus Regni huius, habita fuit semper. Taceo
antiquum fœdus, quod urbi vestræ cum majori P R A G A
fuit.

EPISTOLA

fuit ab anno domini 1338. sub rege Bohemiæ IOHANNÉ, Caroli III. Imperatoris, patris Patriæ pientissimi genitore: quo duæ istæ urbes primariæ in unam quasi ciuitatem coiuerunt; ut qui ciuis esset Pragensis, idem jus haberet ciuitatis Cuttnensis, & qui esset ciuis Cuttnensis, gauderet etiam jure & ciuitate Pragensi. Mater mea charissima, Regina, piæ memoriæ, in MONTIBVS CVT-TNIS (hoc nomine antiquitus insignitam urbem vestrá reperio) nata fuit ex honestis parentibus, IACOBO Statuario patre, matre etiam nobili Elísá Loreczka ac El-kuffe. Et Aui quidem mei materni, eiusq; artis extant adhuc hodie manifesta apud vos monumenta: pars in templo insigni ad D. Barbaræ, ara videlicet sacrosanctæ Ccenæ dominicæ: pars in Prytaneo siue Senaculo vestro: utpote imagines Saluatoris Domini, & duodecim eius Apostolorum, de solido ligno exsculptæ: quas ego nuper in urbe vestrá hospes, non absq; voluptate animi mei, & per jucundá recordatione Aui (quem viuú non vidi, quod is ante me natum, hastá inquilini sui e-briij, dum vxorem eius contra injuriam viri tueretur, temerè trajectus, hic Pragæ, quo se cum arte suá jam pridé transtulerat, interiit) lubens contemplatus sum. Benevolentiam autem vestram & ciuium vestrorum tantam semper expertus fui; quantam vix sperare auderé, si in ipsá ciuitate vestrá natus essem. Sed accedit alia causa propositi mei, quæ me ad hanc dedicationem permouit.

DEDICATORIA.

mouit. Respublica vestra semper obtinuit hanc lau-
 dem; quòd & amaret honestas artes, & liberaliter pro-
 ueheret illarum studia. Id verissimum esse, ostendit
 SCHOLA vestra superior, magnis sumptibus ab ipsis fun-
 damentis denouo extracta: viris Clarissimis, & vel ob
 amorem ac patrociniū literarū memoriā æternā dig-
 nis, SIGISMUNDO KOZELIO à Rysenthal Primate,
 & NICOLAO VVODNANO à Czazarovva Cæsario Pra-
 tore vestro, autoribus & promotoribus operis: quos si-
 cut viuos in summā concordia verſari jucundè specta-
 uimus: ita mortuos, intra breue tempus, quasi mutuò
 datis dextris alter alterū inſequeretur, meritò luximus.
 Hæc igitur SCHOLA noua & memoriā illorum mor-
 tuorum renouabit semper: & vestram virtutem ac mu-
 nificentiam notam faciet omnibus: præsertim quòd
 non contenti ædificium hoc pro Musis erexisse: stipen-
 dia etiam docentibus in eo constituitis honestissima
 discētib; autem pauperioribus ita de sustentatione
 providistis: ut citra metum famis ac inopiæ utriq; cum
 docere tū discere bonas artes, & officio suo vacare pos-
 sint. Talis cura digna est magistratu ciuili ac pruden-
 ti: ut non solum procuret præsentia commoda ciuium:
 sed etiam provideat in futurum, qualē post se velit esse
 posteritatem. Sunt enim Scholæ seminaria Oecono-
 miarum, Rerum publicarum & Ecclesiarum: ex quibus
 partibus constat totū corpus societatis humanæ in hac
 vita.

Musa-
 rum se-
 des mor-
 tuorum
 memori-
 am renou-
 vat. conse-
 rat. Hus-
 sus redi-
 uisus.

EPISTOLA

vita. Et rectè sensit Cicero: Nullú munus Reipublicæ majus meliúsve afferri posse: quám si doceatur atq; erudiatur juventus: his præsertim moribus ac temporibus: quibus ita prolapsa est, ut omnium opibus refragenda atq; cõercenda videatur. Restat, ut tertix causæ huius dedicationis mentionem faciam. Ea est, quòd ex urbe vestrà & à vestris hominibus, auxiliú mihi latú fuit, in expositione huius Nomèclatoris. In quo cù sint aliquot Capita de officijs, instrumentis & venis metallicis, de machinis tract orijs, vectorijs, aquæductorijs & spiritalibus, de experimentis, item præparationibus & coctura metallorum, & instrumentis ad hanc artè necessarijs; nec mihi notationes harum Bohemica & propria, utpote rei metallicæ ignaro, cognita atq; obvia essent: necesse habui confugere ad harum rerum artifices: & impetraui, quod volui, à viris Clarissimis, & me amantissimis, amicis honorandis, Dn. IACOBO MELISSÆO, Ecclesiæ vestræ Decano, & Pastore vigilantissimo, Dn. SIGISMUNDO KOZELIO à Rysenthal, Scholæ Patrono præcipuo, & Dn. IO ANNE PISCE, Reipublicæ Syndico fidelissimo. Hi enim tres nauarunt mihi hanc operam: & collatis sententijs, accersitisq; metallicis artificibus, consignârunt appellationes Bohemicas, quæ in Capitibus istis reperiuntur, & ad me miserunt. Quos ego sanè honoris & meriti ipsorú gratiá nominare volui, in hac Epistolá meá: ne fraudare quenq; videar debita

DEDICATORIA.

bità laude: & ut scholastici, qui ex his proficiant, sciant
cui harum rerum notitiam acceptam ferre debeant.
Meritò igitur atq; optimo jure, ad vos, VIRI CLARISSIMI,
& in vestrà Reipublicæ illustrem Scholam, redit hic
Nomenclator, qui bona ex parte inde prodijt: ne prio-
res causas hic repetam; quòd & me decuit, VOBIS, & ve-
stro nomini fœtum hunc meum consecrare, propter sua-
uissimam recordationem patriæ maternæ: & vos dig-
nissimi estis tali honore, propter virtutem & insignem
liberalitatem vestram: quam in Scholis & Scholastico-
rum studijs conseruandis, augendis & promouendis
impenditis. De utilitate verò huius Nomenclatoris dif-
ferere supersedeo: quòd hæc ita publicè omnibus no-
ta est: ut vel ex defectu, quo hæctenus Scholæ nostræ,
magno cum detrimento studiorum puerilium, laborâ-
runt, manifesta esse possit. Postremò à vobis oro, ME-
COENATES optimi: ut & studium hoc meum benignè
accipiatis: & fauore vestro Scholas complecti pergatis.
Deus Opt. Max. vos omnes, Reipublicam vestram,
Ecclesias & Scholas, suâ misericordiâ protegat, tueatur,
& ab omni malo clementer conseruet, Amen. Pragæ
Calendis Nouëbribus Anno visitationis diuinæ, 1598.

*Daniel Adamus à VVeleslauina,
cuius & Typographus Pragensis.*

RERVM OMNIVM IN HOC NOMEN-
CLATORE EXPLICATARVM CLASSES

& capita.

Prior numerus Caput, posterior pa-
ginam designat.

CLASSIS I. CAPITA.

1 De Deo & spiritibus	pag. 1.	3 De munijs & ordinibus in Eccle-	
2 De Ecclesia, templo & supellecti-		lia	7
li sacra Ecclesiastica	3	4 De religione & ijs quæ docen-	
		tur & tractantur in Ecclesia	11

CLASSIS II. CAPITA.

1 De natura, eius affectibus, & re-	16	De fructibus	79
bus naturam in se habentibus	21	17 De Rosa & vite	83
2 De loco eiusq; differentijs: Lo-	18	De herbis in genere, earumq;	
cis artificialibus, & peculiariter		partibus	85
de Vijs	23	19 De frumentis seu herbis frumē	
3 De tempore & eius differentijs	27	taceis	89
4 De mundo, cœlo & astris	35	20 De leguminibus	91
5 De Elementis & quidem igni &	21	De herbis hortensibus, seu sati-	
aère: item de tempestatibus, &		uis & Oleribus	91
ijs, quæ cernuntur in aère	39	22 De herbis coronarijs & odori-	
6 De aqua rebúsq; aqueis	41	feris	99
7 De terra, & differentijs eius se-	23	De herbis medicinalibus & vi-	
cundum naturam	47	lioribus	101
8 De metallis	55	24 De gummi, lachrymis & liquo-	
9 De lapidibus & Gemmis	59	ribus	115
10 De arboribus in genere: ea-	25	De aromatibus	117
rúmq; partibus	63	26 De anima eiusq; differentijs: i-	
11 De arboribus hortensibus & sa-		tem de rebus animatis	119
tiuis	67	27 De facultate nutritiua & gene-	
12 De fructibus arborū satiuarū	69	ratiua, eiusq; partibus	121
13 De hortis	75	28 De facultate sensitiua, sensu &	
14 De arboribus syluestribus	77	senfili, rebúsq; sentientibus	125
15 De fructibus arborum sylue-	29	De coloribus	127
strium	79	30. De	

30	De Sonis, varijsq; vocibus rerum animatarum.	131	44	De quadrupedibus mansuetis	183
31	De sapore & odore, eorumq; differentijs	135	45	De quadrupedibus feris	187
32	De tactu eiusq; differentijs	137	46	De auibus in genere & partibus earum peculiaribus	189
33	De facultate motiua	139	47	De auibus domesticis	193
34	De animalibus & partibus eorum similaribus	141	48	De auibus aquaticis	193
35	De partibus dissimilaribus	143	49	De auibus feris maioribus	195
36	De partibus peculiaribus quibusdam animalibus	155	50	De auibus feris minoribus	199
37	De excrementis	157	51	De piscibus in genere, eorumq; partibus peculiaribus	201
38	De morbis in genere	159	52	De piscibus fluuiatilibus	203
39	De morbis in specie	163	53	De piscibus marinis	205
40	De tumoribus	171	54	De Ostreis & Zoophytis	211
41	De ulceribus	173	55	De reptilibus & serpentibus	213
42	De affectionibus bonis vel malis, & vitijs innatis corpori	175	56	De insectis reptilibus & vermibus	215
43	De animantibus quadrupedibus in genere	182	57	De insectis volatilibus, & peculiariter de Apibus	217

CLASSIS III. CAPITA.

1	De homine eiusq; differentijs secundum sexum & ætatem	221	11	De puerperio	265
2	De anima rationali	225	12	De politijs seu rebus publicis & earum formis	267
3	De virtutibus moralibus	227	13	De regio statu & aula	271
4	De vitijs moralibus	231	14	De statu civili & ciuitate	277
5	De virtutibus intellectus	239	15	De statu senatorio & Curia	281
6	De vitijs intellectus	243	16	De iudicijs	285
7	De affectibus	245	17	De iniurijs & maleficijs	289
8	De familia & cognatione	249	18	De carcere & pœnis	295
9	De dominio & seruitute	257	19	De testamento, morte & sepultura	297
10	De matrimonio & affinitate	259			

CLASSIS III. CAPITA.

1	De Scholis	301	3	De Arithmetica	315
2	De re libraris	305	4	De numeris Cardinalibus	317
			5	De	

5	De numeris partitiuis	321	30	De penore	441
6	De numeris ordinalibus	323	31	De cibis in genere	443
7	De numeris multiplicatiuis	325	32	De cibis in specie	447
8	De numeris temporum, dierum, mensium & annorum	327	33	De venatoribus & aucupibus	455
9	De ponderibus	331	34	De piscatoribus	457
10	De mensuris intervallorum	333	35	De molitoribus, mola & fari- na	457
11	De mensuris liquidorum	335	36	De pistoribus, instrumentis eo- rum & Pane	461
12	De mensuris aridorum	339	37	De lanijs, fartoribus, Carnario & Carne	465
13	De Moneta	339	38	De coquis, culina & instrumen- tis culinarijs	467
14	De figuris & instrumentis Geo- metricis	343	39	De potu	473
15	De Musica & instrumentis Mu- sicis	345	40	De cella vinaria	477
16	De rebus judicialibus & ad sci- entiam juris spectantibus, ordi- ne alphabetico digestis	351	41	De opificibus, qui circa vestitum versantur	479
17	De medicamentario & medica- mentis	393	42	De lana & lino	481
18	De artibus in genere ad medici- nam spectantibus	399	43	De fullone & tinctoro	483
19	De Chirurgo	399	44	De textore	483
20	De tonfore, tonstrina & Bal- neis	405	45	De Sartore	487
21	De rure et agro, sylua & horto	407	46	De vestibus in genere, & ijs quæ ad ornatum pertinent	489
22	De villa & instrumentis rusti- corum	411	47	De vestibus virorum	491
23	De rusticis artificibus in gene- re	415	48	De vestibus mulierum	499
24	De agricola & aratro	417	49	De Coriario, corio & futore	503
25	De auriga eiusq; instrumētis	419	50	De restione & funibus	505
26	De equite, equis & re equestri	423	51	De urbe eiusq; partibus	506
27	De vinitoribus, vindemia & o- litoribus	427	52	De domo & partibus eius	514
28	De pastoribus, re pecuaria, sta- bulis & lacticinijs	431	53	De cubiculo eiusq; supellesti- le	521
29	De mensa, & ijs, quæ ad men- sam pertinent	435	54	De opificibus & fabris in gene- re	523
			55	De fabris ferrarijs	527
			56	De lapicida & cœmentarijs, eo- rumq; instrumētis & effectis	530
			57	De materiario & fabris lignarijs	533
			58	De	

58 De figulo & laterario & effectis	537	66 De re mercatoria	567
59 De officijs metallicis & metallicorum instrumentis	539	67 De nauibus, partibus earum & instrumentis nauticis	571
60 De venis metallicis	543	68 De munijs & officijs nauticis	579
61 De machinis tractorijs & instrumentis vectorijs	547	69 De pace	581
62 De machinis aquæductorijs & spiritalibus	549	70 De bello & exercitu	583
63 De experimentis & præparationibus metallorum, antequam excoquantur	553	71 De armis & armamentario	589
64 De excoctione seu coctura metallorum & salis, & Instrumentis	557	72 De officijs & munijs publicis	593
65 De re pecuniaria	561	73 De castris & obsidione	597
		74 De acie & pugnis	601
		75 De rebus ludicris & ludis puerilibus	605
		76 De ludis iuuenilibus	607
		77 De ludis equestribus	611
		78 De artibus infamibus	613

CAPITA APPENDICIS.

1 De maribus	619	5 De montibus & syluis	637
2 De fluuijs & lacubus	623	6 De populis	639
3 De regionibus	627	7 De oppidis	645
4 De insulis	635		

† (*)

Summa omnium Capitum Nomenclatoris 165

FINIS INDICIS.

NO-

